

PRO DUC E  
M E D I T A T I O S . E V A N G E L I I ,

F E S T I

# S. BARTHOLOMÆI

Additis S. Patrum dictis, Quæstio-

nūmq; aliquot decisione, ad ubiorem textūs, cūm opus est,  
explicationem, & Heterodoxorum refutationem.

Q U A M

*In Regia Abocensi Academia.*

P R E S I D E

DN: Æ SCHILLO PETRÆO,  
S. S. Theol. Doct. Profess. & Civitatis ejusdem Pastore:

*Examini subjicit, in Auditorio Majori, horis solitie*

*Ad diem 29. Octob. Anni 1652.*

ISRAEL JOHANNIS ALANDUS,

*Theophylactus in Lucam.*

Incederunt autem in hanc item: Quia verisimile est, quod inter se dixerint unus alteri,  
tu proditurus es: Et alius alteri, tu proditurus es: Et inde eō pervenerunt, ut  
dicerent: Ego sum melior, & ego sum maior & similia. Quid igitur Do-  
minus? Comprimit tumultum hunc duobus exemplis,

*Ambroſius in Lucam.*

Regnum Dei non est de hoc mundo. Non ergo æqualitas homini ad DEum, sed simi-  
litudinis ænūlatio est. Solus enim C H R I stus est plena imago Dei, propriæ  
expressam in se paternæ claritudinis unitatem.

A B O E,

*Excudebat Petrus Wald/ Acad. Typog: 1652.*

Reverendis, Doctissimis & Humanissimis VIRIS,

DN. BOETIO MURENIO,

Ecclesiæ Saltviensis Pastori vigilantissimo, etiusq;  
Districtus Alandia Præposito Meritissimo, Fautori optimo.

DN. STEPHANO JOHAN-

NIS, Ejusdem Territorij Alandici Præfetio, ut &  
Alcium venatori Regio

DN. CHRISTIENO CHRI-  
STOPHORI ALANO, Pastori in Tomala  
fidelissimo.

DN. ANDREÆ NICOLAI,

Pastori in Kumbliing optimè merito.

DN. CAROLO PETRI,

Designato Pastori in Finström ornatissimo.

DN. DANIELI Plagman/

In Metropoli Fenningiae expedito,  
Nutrario suo liberali.

*Homileticum & Sacrum hoc Exercitium in gratitudinis  
Specimen & animi officiosi argumentum reverenter & officioso  
deinde.*

ISRAEL JOHANNIS

Respondens.

MEDITATIO TEXTUS,  
IN FESTO  
S. BARTHOLOMÆI.

IN SANCTÆ & SUMMI laudandæ TRINITATIS, PATRIS,  
FILII & SPIRITUS Sancti Nominis.

Prope est DOMINUS omnibus invocantibus eum: Omnibus invocantibus eum in veritate. Voluntatem timentium se faciet: Et deprecationem eorum exaudiet, Et salvos faciet eos. Custodit Dominus omnes diligentes se: Et omnes impios disperdet. Laudationem Domini loquetur os meum: Et benedicat omnis caro non in sancto ejus in seculum, Et in seculum seculi. Psalm: 145. v. 18. 19. 20. 21. His verbis Psalmista primo describit DEUM a sua presentia apud omnes invocates eum & quidem serio ipsum invocantes. Ubi notandum: Psalmistam non negare generalem Dei presentiam apud omnes bonos & malos, invocantes eum & non invocantes, serio & simulacrum invocantes, sed hic loquitur Psalmista de grata & speciali presentia, quae in hoc cernitur & ostenditur, quod faciat Deus quod pri postulant, audiens illos & adjuvans illos. Describitur etiam presentiae manifestatio, inde, quod custodiat timentes eum in omnibus periculis & necessitatibus ubi impi pereunt, & finem cum horrore capiunt. Psalm. 73. ¶ 17. 18. 19. 20. Exponuit etiam Psalmista mentem suam, quid velit retribus e Domino, pro hoc beneficio quod audiat & exau-

diat preces juvet & liberet in necessitatibus<sup>9</sup>. Hoc promittit, quod os suum proferet laudem Domini, & quod caro ejus debeat sine fine laudem canere nomini ejus<sup>10</sup>. Hujusmodi Divinam presentiam & benevolentiam in audiendis precibus invocantium, & ferendo auxilio, bona conferendo mala avertendo vel mitigando, saepè experiuntur sancti Dei homines in suo officio. Expertus est etiam S. Apostolus Bartholomæus in suo officio Apóstolico, in Iudæa primum, deinde etiam in India, tandem in Urbe Armenia interfactus, pelle prius detraicta. Hujus Festum hodie celebrat Ecclesia, non, quod illum in vocet ut mediatorem, habet unum Mediastorem CHRISTUM. Sed ut Ecclesia laudem tribuat Deo quod miserit, tam fideles Mysteriorum suorum dispensatores, ad promovendam aeternam hominum salutem & felicitatem. Tum etiam ut imitetur Ecclesia illius & omnium Sanctorum fidem, & in fide perleuantiam, in omnibus cruciatibus & tormentis propter nomen Christi.

**O** Remus autem Deum, ut hodiernum festum ita celebrare Evangeliumque ita meditari queamus, ut cedat in nominis divini gloriam, nobis in augmentum & incrementum doctrinae, & bonorum operum, in spem & fiduciam, & tandem in aeternam beatitudinem: Dicamus igitur. Pater noster, &c.

### E V A N G E L: Lucæ 22. v. 24

**F**AELA est contentio inter eos, quis eorum videtur esse major. Dixit autem eis Jesus: Reges gentium dominantur eis, & qui potestatem habent super eas, benefici vocantur: Vos autem non sic: Sed qui major est in vobis, fiat sicut junior, & qui princeps esto

est, sicut qui ministras. Nam uter major est, qui accumbit, an qui ministrat? Nonne qui accumbit? At ego in medio vestrum sum, ut qui ministrat: Vos autem estis, qui permanistis mecum in tentationibus meis. Et ego dispono vobis, sicut disponit mihi Pater meus regnum, ut edatis & bibatis super mensam meam in regno meo, & sedecim super thronos, iudicantes duodecim tribus Israels.

**R**ecitatus textus continet historiam quandam non satis jucundam, de quadam altercatione importunâ inter Christi proprios discipulos<sup>3</sup>. Videlicet de hoc: Quis eorum esset major & reliquis superior? Adscitum etiam in hoc textu quod Christus hanc quæstionem solverit, ostendens eos frustra contendere inter se, quis esset superior cum talis ordo & gradus inter eos futurus non esset sicut inter mundanas personas inter Reges, Regum servos subditos<sup>4</sup>. Explicat verò Christus statum discipulorum suorum in regno suo in hoc mundo, quod talis sit futurus, ut qui velit esse supremus tanquam senior & dignior reliquis<sup>5</sup>: Sit quasi ultimus & vilissimus instar omnium servi. Contemplentur CH R I stum ipsum quomodo ille sese gerere solitus sit, facere te omnium ministrum licet sit eorum Dominus & magister, sicut & rectè eum vocant magistrum suum. Consolatur deinde discipulos aliquando quod habituri sint satis amplam dignitatem, non superando se invicem, sicut nunc cupunt, sed heredes futuri sunt regni cœlorum, accubituri illic cum Abrahām, Isaac & Jacob. Futuri iudices duodecim tribuum Israël. Admonemur in hoc Evangelio quātū Præcepti, ut fugiamus lites & con-

tentiones simus unanimes & concordes<sup>2</sup>. Confirmatus  
fides nostra de Christi divinitate, siquidem cum Patre di-  
ponit suis regnum cœlorum. Corrobatur etiam fide  
des nostra de extremo judicio, in quo venturus est Christus  
ad judicandum vivos & mortuos<sup>3</sup>.

P A R T E S.

- I. *De Discipolorum Christi discordia & altercatio-  
ne quis eorum videretur esse major, & quomodo Christus  
illam sedet & dirimat.*
- II. *De consolatione quam Christus Discipulis in suo  
regno laborantibus proponit & retributionis promissione.*

Atq; hæ sunt istæ partes, quas hac vice breviter & sim-  
pliciter tractare constituimus<sup>4</sup>: Omnipotens & aeternus,  
Deus, Pater noster cœlestis dilectissimus, nobis omnibus benedictus  
est ut utilem & fructuose cedere faciat.

P A R S P R I M A.

In qua meditamur:

- I. *Tempus hujus altercationis & questionis discipolorum de primatu & e-  
pimeutia alius super reliquos.* Indicat noster Evan-  
gelist, videtur statuere hanc item etiam in Cenaculo ubi  
comederant agnus & Patchalem, & ubi Christus lavaret  
discipolorum pedes, & Sacram Canam instituisse.  
Mox enim noster Evangelista coniungit recitatum Tex-  
tum cum historiâ illâ de proditore quis ille esset futurus  
videlicet non peregrinus aliquis, sed qui manus porrige-  
ret ad patinam secum, cui va etiam imprecatur, dicens:  
Væ illi homini per quem filius hominis tradetur.

Cum.

Cum vero audissent discipuli, proditorem esse praesum-  
tem, cœperunt querere inter se quis unquam ex illis hoc  
esset facturus. Et statim inquit S. Lucas facta est con-  
tentio inter eos quis ex eis videretur major esse. S.  
Matthæus refert idem contentionem factam ante Chri-  
sti ingressum in urbem Hierosolymam ad suum passio-  
nem, videlicet cum filiis Zebedæi per matrem peti-  
tūlent ut horum alter federet a dextris alter a sinistris in  
regno Christi. Audientes, inquit S. Matthæus, decem  
illi indignati sunt propter illos duos fratres. Ubi Mat-  
thæus dicit Christum respondisse ad hanc quæstionem &  
contentionem iisdem fere verbis quibus hic apud Lu-  
cam & in hoc textu respondet Christus, verum hoc con-  
stat quod nulla sit inter tam Sanctos Scriptores, discre-  
pantia, uterque Evangelista refert quod factum est, tem-  
poris rationem non tam scrupulose notantes. In hoc  
vero conveniunt quod valde alieno tempore & impor-  
tunè quæstionem hanc de primatu moverint videlicet  
cum CHRISTUS tristis esset ad mortem eius quam ini-  
stabat.

L. C. Quam sunt homines interdum in suis  
cogitationibus, actionibus, questionibus impræmeditati-  
ti, quid deceat facere, loqui, querere & concludere,  
non semper cogitat quid conveniat non obseruant regu-  
lam Salomonis de hoc quod omnia tempus habeant.  
Pessimum vero hoc est quod homo prætentia non curat  
de futuris sollicitus. Instabant periculissima tempo-  
ra gravissimæ tentationes discipulis ideoque convenisset  
rectius se invicem adhortari ad preces, ut instantes ten-  
tationes viderent, ne offenderentur in Christo, non  
negarent CHRISTUM. Patet vero quam necessarium

Deum

DEem sugitèr orare ut nos suo Sancto regat Spiritu, alias  
pronissimus ad stultitiam, vanas contentiones & quæsti-  
ones, quæ vel ideo etiam cavendæ quod reddenda sit  
ratio, cuju's vis verbi otiosi, Matth: 12. v. 36. Præcipue  
verò ideo lites cavendæ; Ubi lites & contentiones ibi  
divina benedictio evanescit. Secùs ubi est concordia...  
Psalmo 133. v. 1.

## II. Materiam quæstionis sive

de quo contenderint & quid interrogaverint.  
Orta est inquit S. Lucas contentio inter eos, quis eorum  
videretur major, sive quis pro maximo post Christum  
esset habendus & salutandus. Potuit quilibet illorum  
e cogitare sed dignum esset. Quorundam etas videbatur  
policere, ut a iquis ex senioribus maximus esset; pro  
quib'dam faciebat cognatio cum Christo. Putave-  
runt aliqui ex donis suis satis meritos ut aliquis horum  
præficeretur omnibus. Patria aliquibus etiam præro-  
gativam tribuere videbatur. Haec sunt mundana pro-  
pter quæ sibi quis videtur præferendus a ijs. Patet  
verò ortam litem de priuatu, Quibus argumentis qui-  
libet pro se usus illumq; sibi arrogaverit. Frangens  
lista non refertur. Verum indigna tantis viris erat quæ-  
stio quippe quos Christus sèpè docuerat; Discite à n. e,  
quia humilis sim & mitis corde; Matth: 11. v. 28.

L. C. Docti & alias magni viri habent suos  
nævos & infirmitates, imò & crassos interdum errores.  
discipuli errabant adhuc de regno Christi, quod futu-  
rum esset mundanum, & undanā pōmpā gubernandum:  
Verum erat error crassus, & toties à Christo refutatus.  
Quare humilitèr de nobis sentiamus, aliosq; errantes  
spiritu

Spiritu mansuetudinis suscipiamus, sicut & Christus  
fuos errantes discipulos Spiritu mansuetudinis emen-  
dat, ut mox audiemus.

### III. Modum decisionis à Chri

sto super quæstionem de primatu usurpatæ. Im-  
primis Christi mansuetudo notanda quod non horren-  
dis verborum tonitruis eos exceperit, sed prætermissa  
correptione mox eos uti aliâs saepius informat, de illo,  
rum futuro statu. Primùm quod non sint futuri rati-  
ges vel Domini, ergo eis non contendendum de munera  
dāna dignitate siquidem talem habituri in hoc regno  
non essent. 2. Quod illorum status & officium requi-  
reret insignem quandam humilitatem, & quidem talem  
ut qui sua opinione & aliorum quoq; meritò habendus  
esset primus, is si velit Christo placere in hoc regno fiat  
eorum servus & ultimus, faciat illa quæ reliquis impera-  
re poslit. 3. Considerarent Christum ipsum quomo-  
do ille gesserit se, videbent ut servorum ministrum.

L. C. 1. Vitia aliquando asperius taxanda,  
aliquando sine correptione mox informatio adhibenda,  
prout plus facere videtur alteri ad ædificationem. Ad  
vertere hoc est magnæ prudentiæ, sic posse rectè secare  
verbum Dei, ut legem cum suâ aërimoniâ adhibeat, vi-  
cissim Evangelium cum suâ suavitate & dulcedine sicut  
Samaritanus ille à latronibus sauciatus curavit oleo &  
vino.

L. C. 2. Politicus Magistratus ordinatus  
est à Deo, ei mos gerendus, ei honos habendus, ut divi-  
næ ordinationi sicut illam appellat Apostolus Rom: 13.  
Omnis anima potestatibus iupereminentibus subdia-

fit: Non enim est potestas nisi à Deo. Quæ autem sunt potestates, à Deo ordinatae sunt. Itaq; qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Dei minister est tibi in bonum.: Si autem male feceris time, non enim frustra gladium gerit, Dei enim minister est, vindicta in iram, ei qui male agit. I. Petri 2. y. 13. Subjecti igitur estote omni humanæ creaturæ, propter D E U M : sive Regi quasi præcellentí, sive ducibus, tanquam ab eo missis, ad vindictam facinorosorum, laudem bene agentium, quia sic est voluntas Dei, ut benefacientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam. Et Deus hoc innuit Præcepto Quartto: jubens honorare Patrem & matrem. Idem docuit Deus, cum asumeret Mosen in Ducem populi, serio mandans, ut ei honorem & obedientiam exhiberet. Et quando reculabant hoc facere Israëlitæ, murmurabant vel inobedientes se præbebant, dicuntur non sprevisse Mosen, sed Deum ipsum. D E U S talem seditionem gravibus & horribilibus pœnis visitavit. Dathan, Choram & Abiram vivos terra deglutivit, propter illorum rebellionem. Nam: 16. y. 32.

## SECUNDA PARS.

Vidimus in hæc Parte Primâ discipulorum Christi contentionem de primatu & quomodo Christus sedet & componat hanc controversiam.. In hæc Secundi Parte consideranta illi quæm Christus adhibet, consolatio.

In

In quâ meditamus.

I. Perseverantiæ discipulo-  
rum cum C H R isto in tentatione remuneratio-  
nem. *Vos estis*, inquit, *illi, qui mecum fuistis in  
mea temptatione.* Lucas facit mentionem temptationum,  
dicit Christus, *Vos estis qui permanescistis mecum  
in meis temptationibus*, quasi dicat C H R istus,  
laudo vestram constantiam, & perseveranti-  
am.. Ego in multis magnisq; temptationibus  
haec tenus versatus sum vobiscum, multi scan-  
dalizati in me, deseruerunt me, vos autem  
dixistis: Domine, ad quem ibimus? Verba  
vitæ æternæ habes. Joh: 6. v.69.

L. C. I. Affectemns & nos laudem con-  
stantiæ & perseverantiæ cum Christo in omnibus no-  
stris afflictionibus & temptationibus. Christi tenta-  
tiones quidem, omnes cessarunt in ipsius morte,  
nobis vero calix tribulationis bibendus. Optan-  
dum ne tardium nos capiat, hujus bibitionis amaræ  
sæpè infusæ. Oremus libera nos à malo, & ne nos  
inducas in temptationem.. Quod si fecerimus com-  
mendabitur aliquando coram tuto mundo nostra  
cum Christo constantia & perseverantia.. Foveat  
nos Christus apud se in afflictionibns nostris'. Si  
paupertate premimur, adesto nobis ne deseramus  
te, si morbus vexat, patientiam concede, si peccata

& mala conscientia cruciat, teneis nos apud te, & consolationem impetrare. Ita tenuit Christus occultam virtutem miseram mulierem Cananeam ut secum perseveraret donec audiret: O mulier magna est fides tua. Tenuit Jacobum luctantem donec celebraret ipsum quod viceisset Deum & homines.

L. C. 2. In hoc Christi regno est temptationis Schola, crucis schola. Dicit enim Christus discipulis suis, vos permanebitis mecum in temptationibus meis. Pauci dies boni & tranquilli, plurimi temptationum & tribulationum dies. Noverimus verò hanc esse regni Christi conditionem in hoc mundo, non alium statum esse expectandum. Quis Dominum timuisti, inquit Apostolus ad Iaturn., non potuit aliter fieri, quin temptationibus & afflictionibus subiecereris. Oportet, inquit Apostolo nostro per multas tribulationes intrare in regnum Domini. Act: 14. v. 22.

II. Promissionem retributio-  
nis omnis laboris & perseverantiae in omni-  
bus temptationibus. Disponam, inquit Christus, vobis regnum, sicut Pater meus disposuit illud mihi: Ut edatis et bibatis in regno meo. Hoc est, intrabitis post hanc vitam in vitam æternam, accubituri cum Abraham, Isaac & Jacob. Cœlesti gaudio fruemini: In hac vi-  
ta nullam præminentiam vobis promitto, vo-  
luptate-

Iuptates & delicias Paradisi habebitis, his si-  
tis contenti. Scriptura Sacra cœleste gaudi-  
um & felicitatem, per res corporeas describit,  
per accubitum, per cibum & potum, cum tas-  
men cibo & potu post hanc vitam opus non  
habeamus. Continget etiam nobis illic ma-  
xima dignitas, quæ per sessiones super thronos  
duodecim intelligitur.

L. C. 1. Nemo sit tām strenuus exactor  
retributionis laborum suorum in hāc vita. Hie  
certandum, in altera via reposita est Corona, non  
solum iyceris & pījs doctoribus sed omnibus fide-  
libus, ut Apostolis concionatur de coronā vitæ.  
Maneamus cum Christo in adversitatibus, instat dies  
retributionis largissimæ, non per hāc ten portalia,  
caduca & fluxa, sed per coronam immortallib;  
Icm. 2. Tim: 4. ¶ 7. Bonum certamen certavī,  
eu:sum consummavi, fidem servavi. Ios: haec repo-  
sita est mihi iustitiae corona, quam dabit mihi D<sup>O</sup>S  
M I N U S illā dī, justus Judge: non solum mihi  
sed & omnibus qui revelationem ipsius amant.

L. C. 2. Audimus fieri mentionem con-  
vivij in cœls. Cogitemus itaq; cum illo  
& dicemus; Beatus ille qui comedit panem in  
regno cœlorum. Non itaq; curemus inanes

in hoc mundo delicias. Habemus longè subtiliores, sublimiores, suavioresq; delicias, has anhelemus, has expectemus, nunc dum his corporalibus cibis vescimur. In convivijs itaq; versantes altius ascendamus ad coelestes epulas, satiemus corda nostra illarum desiderio, & delectationem sentiemus ex illarum desiderio. Adeò salutaris est ista coelestis coena, ut etiam illius desiderium pariat animi tranquillitatem & singularem quandam refocillationem.

**D**O M I N E J E S U C H R I S t e Princeps pacis, amans concordia, & laudans pacificos, & improbans altercantes, de mundanis dignitatibus, in Ecclesiastico officio imò omnes vanas contentiones, da nobis spiritum concordiae & amicitiae, ut queamus pacificè sine discordia & contentione vivere, sic enim nihilominus possimus terram possidere & per tuum meritum cœlestia tabernacula ingredi & eternis gaudijs frui. Tibi cum Patre & Spiritu Sancto sit laus, gloria, honos in sempiterna secula.

Benedictio, & Claritas, & Sapientia, & Gratiarum-  
actio, & Honor, & Virtus, & Fortitudo, D E O no-  
stro in secula seculorum. Apoc: 7. v. 12.

## Q U Ä S T I O N E S.

**A**N sit distinctio ordinis Po-  
litici & Ecclesiastici? Aff.

Offen-

Ostendunt innumera exempla, quæ in Vob T. & Novo T. occurrunt, ex quibus luce meridiana clarus evadit, Dei mandato has duas functiones separatas fuisse demum in deserto, ut ex eo tempore alij essent postea Levitæ, alij verò judices seculares. Nec extat ullum mandatum, quo Deus pristinam & antiquissimam consuetudinem revocare sategisset, quin potius Christus in Novo Testamento confirmat separationem illam, in deserto factam, perspicuâ & gravi oratione. Luce 22. v. 25. 26. Reges gentium dominantur, & qui potestatem habent super eos benefici vocantur: *VOS AUTEM NON SIC.* Nec ullius quidem momenti habere debemus, quod paulò antè Nativitatem CH R I sti itidem quidam & duces, & Sacerdotes simul audire voluerunt quemadmodum tunc Asmonea familia principatum in regno & Sacerdotio per annos 131. habuit, ubi Aristobulus primus, Hircanus Secundus, Aristobulus Scundus, Sacerdotale & ducale munus simul & semes sustinuerunt. Nam & in alijs tunc temporis discedebant à lege Judæi quam plurimi. Sicut Job: 11. v. 49. & apud Nicephorum Archiepiscopum Constantinopolitanum in genealogia Caiapham legimus fuisse Pontificem anni illius, idque cen-

tra expressam ordinationem divinam, qua Pontifex  
manebat Pontifex non uno anno sed usq[ue] ad finem  
vitæ suæ. Inde enim est. Num: 35. v. 25. illud de  
homicida involuntario, qui in urbe aliqua refugij  
habitare cogebatur, donec moreretur Sacerdos ma-  
gnus, qui unctus erat oleo sancto.

II.

An in altero seculo futura  
sint tam crassi spectacula ut  
illic edatur & bibatur & in  
thronis sedeatur? Resp. Neg.

Nam edere, bibere, cœlestia gaudia designat.  
Throni verò gloriā illam ineffabilem adiurant.

